Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ipse precedet ante illum in spiritu et uirtute helie. Qui idcirco
uenturus in spiritu et uirtute helie dicitur. quia sicut helyas
secundum domini aduentum preueniet. ita iohannes preuenit primum.
Sicut ille precursor uenturus est iudicis. ita precursor iste
factus est redemptoris. R. Egredietur uirga de radice iesse et flos
de germine eius ascendet et erit iusticia cingulum lumborum
eius et fides cinctorium renum eius. V. Et requiescet super eum
spiritus domini spiritus sapientie et intellectus. Et erit iusticia.
Iohannes igitur in spiritu helias erat. in persona helyas non erat.
Quod ergo dominus fatetur de spiritu. hoc iohannes negat de persona.
quia et iustum sic erat. ut et discipulis dominus spiritalem de iohanne
sententiam diceret. et iohannes isdem turbis carnalibus non de suo
spiritu sed de corpore responderet. Contrarium ergo ueritati
uidetur esse quod iohannes sonuit. sed tamen a ueritatis tramite
non recessit. Qui cum se etiam prophetam negauit. quia uidelicet
non solum poterat redemptorem predicare. sed etiam demonstrare.
quis nam sit continuo exprimit cum subiungit. Ego uox
clamantis in deserto. R. Nascetur nobis paruulus et uocabi
tur deus fortis ipse sedebit super tronum dauid patris sui
et imperabit cuius potestas super humerum eius. V. Ecce ad
uenit dominator dominus et regnum eius in manu eius et potestas
et imperium. Cuius. Sequentia sancti euangelii secundum Iohannem.
In illo tempore: Miserunt iudei ab hierosolimis sacerdotes
et leuitas ad iohannem. ut interrogarent eum. Tu quis es. Et con
fessus est. et non negauit. Et confessus est. quia non sum ego xpc. Et
interrogauerunt eum. Quid ergo. Helias es tu. Et dixit. Non sum.
Propheta es tu. Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es. ut
responsum demus his qui miserunt nos. Quid dicis de te
ipso. Ait. Ego uox clamantis in deserto. dirigite uiam domini.
sicut dixit ysaias propheta. Et qui missi fuerant. erant ex phari
seis. Et interrogauerunt ergo eum. et dixerunt ei. Quid ergo baptizas
si tu non es xpc. neque helias. neque propheta. Respondit
eis iohannes dicens. Ego baptizo in aqua. medius autem uestrum